

reliqua, tam sicut⁷⁶ virtualia et carnes quam vinum, ceram,
 species et res alias, emi ordinabit in nundinis et aliis locis
 propinquis, ubi commodius⁷⁷ haberi poterunt, iusto et
 competenti⁷⁸ foro⁷⁹ absque⁸⁰ pressura seu gravamine subiectorum;
 et hoc similiter exequatur de consciencia comiti, cameraris,
 thesaurariorum et magistrorum rationalium⁸¹ domino re-
 ge, ut prefertur, actu morancium vel aliquorum ex eis,
 qui providere habebunt unde pecunia pro emuncione rerum
 ipsarum⁸² necessaria habeatur; et totum hoc fiet per litte-
 ras regias in forma predicta. Item in computo⁸³ expensarum
 hospicii regii, quod fit singulis duodecim diebus, esse
 debet ipse vel locum suum⁸⁴ tenens, eo absente de curia, cum
 thesaurariis, magistris rationalibus vel aliquo⁸⁵ ex eis et
 magistro arrestarum⁸⁶ in hospicio regio, ut inter omnes confe-
 rant et provideant expensas factas et emendent ac corri-
 gant, que corrigenda videbunt. Et in his, que ad scutiferiam
 spectant, sint cum eis in ipso computo⁸⁷ magistri scutiferie.
 et cum in arresta diei cuiuslibet esse poterit, sit aliquando, ut
 ex presentia sua redantur⁸⁸ officiales hospicii plus attenti;
 que quidem arresta cuiuslibet diei sit similiter in hospicio
 regii. Item si propositos⁸⁹ officiorum, milites et scutiferos, scili-
 cet panacterios, buccilleros, magistros coquine, fructerios,
 scuterios et forerios, viderit negligentes aut alias defectivos,
 informet inde dominum regem, ut de sua consciencia alii
 subrogentur; reliquos vero collectos inferioris status et clericos
 ad ipsorum officiorum servicia deputatos, quos negligentes aut
 defectivos invenerit, possit ex de amovere et alios idoneos
 subrogare ac punire, ut iustum fuerit, sicut laycos, qui
 fuerint puniendi. Item debet provideri facere per forerios
 singulis de hospicio regis et magnatibus aliisque nobi-
 libus, qui in domini regis fuerint comitiva, de hospiciis

[Abatz!]

V[3]

V[4]

[Abatz!]

V[5]

[Abatz!]

Hac